

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiae, 1766

LIB. XIV. TIT. VI. De Senatusconsulto Macedoniano.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9044

DE

SENATUSCONSULTO MACEDONIANO.

Qv. I. *An contra foeminam & civitatem creditrices SCtum Mace-
donianum locum habeat?*

AFFIRM. Nam utrobique eadem ratio. l. 15. h.

OBJ. Quod & foemina & civitas sint æque privilegiatae; at pri- Laut.pag.
vilegiatus contra æque privilegiatum non utitur privilegio. 248 verb.

RESP. Imo non sunt æque privilegiatae, nam foeminae in intercessio- cuiuscun-
nibus, & civitates in restitutionum materia quidem sunt privilegiatae, que sexus
non vero in mutua pecunia: Neque in odiosis & lege prohibitis privi- aut condi-
legia sunt extendenda. tionis &c.

Qv. II. *Si duo credunt filiosfamilias, an ad hoc, ut SCtum locum
habeat, sufficit unius scientia?*

NEGATUR: si duo communiter credunt; tunc enim unusquisque Laut.pag.
pro parte tantum repetit, & sic unius scientia alteri nocere non 248. verb.
debet. Secus ergo si correli sunt, nam hoc casu unusquisque in solidum Si duo
repetit, indeque unius scientia alteri nocet, de quo est l. 7. §. 7. crederent.

Qv. III. *An filius a patria potestate per dignitatem liberatus
possit uti hoc SCto?*

NEGATUR: Nam emancipatus, qualis quoque est, qui per digni- Laut.pag.
tatem a patria potestate liberatur, sibi acquirit, & libere disponere 249. verb.
potest, indeque tota ratio SCti hic cessat, arg. l. i. h. ubi dignitas per modo per
se non cessare facit SCtum, nisi sui juris quoque fiat: arg. l. 3. §. f. ibi: dignita-
vel alias sui juris &c. h. t. arg. l. i. pr. ibi: cuius in potestate fuisset &c. tem &c.
Atque ita praxi obtainere testatur Lauterb. p. 249. in pr. ibique Carpz.
Sand. Bus. & Christ. Struv. h. §. 57. n. 1. Bach. ad Wes. h. t. n. 7. & ad
Treutl. Disp. 20. th. 7. lit. c. Vol. i. Brunn. ad l. i. h.

OBJ. Nov. 81. Ubi dignitates liberant a patria potestate tantum
quoad onera, non vero quoad commoda.

Cocc. J. C. P. I.

Bbb bb

RESP.



R E S P. (1) Imo ratio JCti non in patria potestate cōfisit, sed in metu insidiarum; quæ ratio hic plane cessat, quia sibi jam acquirit, & de suo solvere potest. (2) Omnia onus filii est, quia nemo cum tali contracturus esset, id quod onerosum foret in dignitate constitutis.

Qv. IV. *An principum filii quoque utantur beneficio SCti Macedonioni?*

Laut.pag. **A F F I R M.** Nam etiam hi sunt filiifamilias, neque circa hos in legi. 249. verb. *in Princi-* gibus distinguitur.
pum filiis **O B J.** Quod hæc dispositio sit juris positivi, cui Principes non obli-*&c.* gantur.

R E S P. (1) Imo Principum filii sunt subditi, uti reliqui: Sed & (2) Principes quoque uti possunt privilegiis jure civili introductis, ne deterioris sint conditionis, quam ipsi subditi.

D I S S E N T. *Conan. L. 7. C. 2. Barbos. L. 2. n. C. h. t.*

Qv. V. *An filii consensu patris negotiationem exercentes moribus nostris quoad illam negotiationem habeantur pro emancipatis?*

Laut.ibid. verb. &c. in filius consensu patris &c. **N E G A T U R:** Nisi separatam quoque habeant familiam. *Conf. supra lib. 14. tit. 5. q. 2.* De peculio profectio id indubium est, quia illud pleno jure ad patrem pertinet. *Laut. pag. 260.* de adventitio ordinario itidem dubitari nequit, quippe quod accidente consensu patris incipit esse irregulare. Pater enim, qui consentit negotiationi, consentit etiam, ut filius sit plene dominus, & ut alienare bona etiam in præjudicium ususfructus possit, eoque ususfructui suo renunciat: In peculio autem irregulare filius nullibi habetur pro patrefamilias, nedum pro emancipato, nemo enim in jure pro tali habetur ratione bonorum privatorum, quæ patri non acquiruntur. Unde nec testari filius de hujusmodi bonis potest. *Vid. quæst. ad Laut. p. 484: in fin.*

Qv. VI. *An peculium adventitium irregulare faciat cessare hoc SCtum?*

A F F I R M.



AFFIRM. Quia jam solvere de suo potest, quem casum Doctores *Dissent.*
communiter excipiunt: Neque in mutuo requiritur, ut contra *Laut.pag.*
hens habeat qualitatem patrisfamilias, neque propter eam prospectum *249. verb.*
est securitati patris ipsius, sed propterea, quod filius non habeat bona, *Licet sit*
unde solvere possit, & quod ideo insidia quasi necessario fieri debeant *tum irre-*
bonis paternis; Quæ ratio prohibitionis cessat, si filius peculum ad- *gulare.*
ventitium irregulare possidet, quia iam habet, unde solvat.

Qv. VII. *An per hoc SCtum tota obligatio tollatur?*

NEGATUR: Sed tantum actio in pœnam fœnatoris; Idque ap- *Laut.pag.*
paret (1) ex L. i. pr. h. *& Suet. in Vesp. c. ii.* Ubi tantum cau- *250. verb.*
tum, ne actio petitioque daretur (quia ex ea tantum erat periculum) *Hoc*
vel ut Suetonius d. l. ait, *ne exigendi crediti jus esset.* Atque hinc (2) *SCtum*
nec solutum a filio repeti potest, quod falsum esset, si tota obligatio *non impe-*
sublata esset. Conf. *supra Cond. ind. q. 6. in fin.* Indeque recte in
L. io. h. naturalis obligatio manere dicitur, idque (3) ita in terminis
traditur in *L. 9. §. p. h.* ubi & ratio additur.

OBJ. *I. 18. h.* Ubi naturale debitum cessare dicitur.

RESP. Agit de casu filii mortui, qui tum hæredem non habebat,
sed pater bona ejus occupabat jure patriæ potestatis: Ergo nullus effe-
ctus debiti superesse poterat nisi ratione peculii: Hodie autem hoc
cessare ait *Goth. ad d. l. 18.* quia filius habet hæredem.

OBJ. *alleg. l. i. pr. ibi: petitio non daretur h.*

RESP. Verum est, actionem non dari, at reliqui effectus debiti
manent.

Quid vero interest?

RESP. Quia sola actio tollitur, non condici potest solutum,
omnesque effectus debiti manent. Vid. *sup. tit. de paſt. q. 39.*

Qv. VIII. *An privilegium hoc sit personale?*

NEGATUR: Vide *supra tit. de Constit. Princ. q. 3.*

Dissent.

Laut.pag.

250. verb.

Quamvis

ipſum

SCtum

Ne. &c.

Qv. IX. *An filiisfamilias detur exceptio SCti Macedoniani, si pecuniam adhuc hubent salvam?*

B b b b 2



Difsent. **N**EGATUR: Et iniquum esset filium locupletari cum alterius dā
Laut.pag. mno; neque enim jam erit periculum patris, utpote cum filius
250. verb. habeat unde solvere possit: Accedit, quod creditor tanquam dominus
Etiam si vindicare hanc pecuniam possit, vel eam condicere.
pecuniam

habent **O B J. L. 9. §. 2. h. ibi:** *si affirmetur ornamenta ex ea pecunia com-*
&c. *parasse, & mox, nec interest, an consumti sunt nummi, an exstant in*
peculio.

R E S P. Loquitur de casu, quo pecunia filio mutuo data consumta
 est; Licet enim forte locupletior inde factus sit, aut ornamentum inde
 comparaverit, tamen, si actio daretur ad pecuniam exigendam, quae jam
 non ipsa amplius exstat apud filium, idem maneret periculum patris.

Qv. X. An patribus detur hoc SCtum?

Laut.ibid. **A FFIRM.** Unice enim in favorem parentum hoc SCtum est intro-
 verb. *Pa-* ductum.

tribus &c. **O B J. L. 1. C. ne fil. pro patre.** Ubi dicitur, patrem non amplius te-
 neri, quam est in peculio, *si patris injussu vel contra SCtum Maced. est*
contractum. Ergo pater utroque calu intra peculium teneri videtur.

R E S P. Argumentum a contrario non valet, in primis in hac lege,
 ubi duo sunt casus: (1) Quando sine iussu patris, (2) quando con-
 tra SCtum Maced. est contractum; & queritur, an his duobus casi-
 bus pater teneatur? Imperator ait neutro casu teneri ultra peculium:
 At alia questio est, an ergo utroque casu intra peculium teneatur?
 quod non deciditur, sed juri communii relinquitur, quod disponit,
 priori casu intra peculium patrem teneri, tot. tit. ff. de pecul. poste-
 riori vero non. tot. tit. ff. SC. Maced.

**Qv. XI. An exceptio SCti Maced. post sententiam opposita
 impedit ejus executionem?**

Laut.pag. **A FFIRM.** *L. 11. SCto Maced.* Nam omnes exceptiones, quae ipsa
251. verb. legi insunt, possunt opponi in ipsa executione. *B. Par. Hyp. Inst.*
Et post tit. *Except. §. f.*

*sententi-
 am de-
 mun &c.* **O B J. L. 2. C. sent. rescind. non &c.** Ubi exceptions peremto-
 riæ ante sententiam opponi debent.

R E S P. Exceptio est in iis, quae legi vel SCto insunt: *d. Hyp.* ut
 & in iis, quae judicium infringunt. *Brunn. proc. c. 16. n. 4.*

Ne-



Neque hic hodie aliquid mutatum esse appetet, et si id putet
Grænu. ad d. l. ii.

Qv. XII. Si a patria potestate liberatus partem solvit, an cesseret
SCtum etiam ratione reliquæ partis?

AFFIRM. (1) per textum generalem in l. 7. §. f. h. (2) ex ratione generali juris, quod qui partem debiti solvit, totum probet. Laut. ibid. verb. to-tius vel §. i. Op. Lib. L. 4. C. Non num. pec. Atque hinc (3) in d. l. 7. §. p. partis fo- & ult. duo traduntur, scilicet solutum non repeti & SCtum cessare, tutione. quæ clausula ad partem non solutam videtur referenda. Idque (4) appetet ex oppositione l. 7. §. f. & l. 9. pr. h. t. (quæ utraque est ex Ulpiani Libro 29. ad edictum) in priori enim dicitur, quod parte soluta cesseret SCtum, in posteriori vero dicitur, sed si paterfamilias pignus dederit, dicendum erit SCti exceptionem ei denegandam usque ad pignoris quantitatem. Adeoque hoc casu agnoscit debitum ad pignoris quantitatem, illo vero, ex natura oppositionis, totum debitum. Atque hæc (5) communis Dd. est sententia, Goth. ad l. 7. §. p. h. Laut. pag. 251. ibique Dd. Gloff. ad d. §. p. Treutl. d. 20. th. 8. lit. a. V. i. Peretz. C. h. n. 13. Conf. Dd. apud Müller. ad Struv. h. §. 57. lit. k. Eamque sententiam in praxi obtinere appetet ex præjudiciis apud Christ. Vol. 3. dec. 35. n. 11. Nattam Conf. 573. n. 58.

DISSENT. Bachov. ad Treutl. d. l. Struv. h. §. 57. Connan. Comment. Jur. L. 7. c. 2. n. 2.

OBJ. L. 9. pr. h. Ubi pignore dato non totum debitum approbatur, nec ratione totius debiti exceptio SCti Maced. cessat, sed usque ad pignoris quantitatem.

RESP. Aliud est in partis solutione, aliud in pignoris datione: Laut. d. l. Tr. d. l. Müller. d. l. nam debitum sua natura est individuum, adeoque per solutionem pro parte probari, pro parte improbari nequit. d. l. 39. At in pignore alia est obligatio principalis, alia pignoris; & sic distincta debita sunt, nec accessio ultra confirmat principale, quam pro ea quantitate, in qua accedit, d. l. 9.



Qv. XIII. Si filius, contra SCum Macedonianum mutuum accipiens, delitum ex peculio, cuius alienandi potestatem non habet, solvit, quomodo patri succurratur?

Laut. ibid. R E S P. Pater nummos extantes vindicat, consumtos condicet: Equi-
verb. ce-
sat haec
contribu-
tio &c. **R**adem contraria sibi invicem videntur L. 14. de Reb. cred. & L. 9.
§. 1. h. in quarum priori conditionem non dari, in posteriori vero
dari, asseritur: Tota difficultas tollitur, si dicamus agi in d. l. 14.
de conditione certi ex mutuo, in d. l. 9. autem de conditione sine
causa; ita ut sensus sit, patrem consumtos nummos posse condicere
sine causa, d. l. 9. non vero conditione certi ex mutuo. d. l. 14. quia
filius noluit mutuum contrahere, sed solvere: Atque haec explicatio,
nimirum d. l. 14. agere de conditione certi ex mutuo, confirmatur
(1) ex eo, quod lex illa sub rubrica tituli de *Rebus tre'itis*, *si certum petetur, &c de conditione*, continetur. (2) Ex connexione Legum
ipsaque Marcelli ratione, nam postquam varios casus, in L. 13. recen-
suit compilator digestorum, quibus condicione certi ex consumptione
oritur, tandem in L. 14. etiam querit, an tunc, cum filius pecuniam
peculiarem creditori contra SC. Macedonianum solvit, pater habeat
conditionem certi? & hoc negatur, *ex ratione ante allegata*: Idque
est, quod Marcellus innuit, dum ait, *quoriam toties condicione datur, quoties ex ea causa numerati sunt, ex qua actio esse potuisset, si dominium ad accipientem transiisset: in proposito autem non esset: argumentum tale est*:

Toties condicione (scil. certi) ex consumptione datur, quoties ex cau-
sa numerationis daretur actio, si dominium transiisset in accipientem:
Nam si quis mutuo dat pecuniam alienam, tunc ex ea causa dominium
non transit, indeque nec actio *quod certum petatur* locum habet; at
daretur actio, si pecunia propria fuisset: Indeque si consueta sit pe-
cunia aliena, datur condicione certi: Est ergo condicione haec ex con-
sumptione actio fictitia, quia singit dominium transisse; Ex iis igitur
causis danda est, ex quibus datur vera: Cuj. L. 14. Obs. 3. 5.

Atqui in proposito casu actio ex numeratione non esset, si domi-
nium transiisset. Quomodo enim actio *si certum petatur* daretur fi-
lio, qui non mutuum contrahere, sed solvere voluit.

Er-



Ergo neque condicō (certi) ex consumtione dabitur: At dabitur condicō sine causa, quia pecunia patris sine causa est penes credito-rem. *L. 9. §. 1. SC. Mac.*

Quo ipso tota antinomia, quam Dd. plerique hic admittunt, (vid. *Cuj. d. l. Brunn. ad d. l. 14.*) tollitur atque evanescit.

LIB. XV. TIT. I.

DE

PECULIO.

Qv. I. *An Studioſi habeant peculium quaſi caſtrenſe?*

NEGATUR: Quia neque officium publicum habent, neque ex eo *Laut. pag.* acquirunt: Sed potius erogant: Quod autem iis datur ad studia, ^{255. verb.} *Quod alii* ^{exten-} *ad officia, & instrucſio:* Et sic non obſtat *L. 1. C. de Caſtr. pec.* ^{dunt.}

Qv. II. *An ad peculium quaſi caſtrenſe pertineant, quae a clericis vel aliunde ſunt quaefita?*

De illis id affirmat *Laut. pag. 255. in f.* de his vero id negat: **Nos** *Laut. pag.* de utrisque id **NEGAMUS**, niſi ex cauſa officii publici ſit acqui- ^{255. verb.} ſitum: idque de clericis in terminis tradit *Molin. de Jur. & J. Diff.* ^{Non eti-} *am quae* ^{231. n. 2.} *at iunde.*

O B J. *L. 8. C. de advoc. 1. ibi: quovis caſu & titulo etc.*

R E S P. Loquitur de advocatis, adeoque de illis, qui ex officio pu- blico acquirunt, quod ergo ab his togatis quolibet caſu & quolibet ti- tulo acquiritur, vindicatur peculio quaſi caſtrenſi.

Qv. III. *An fit peculium quaſi caſtrenſe, quod ab Auguſta donatur filioſ?*

AFFIRM. Nam quod Princeps filios familias donat, indubie pro qua. *Laut. pag.* Si caſtrenſi habetur; *L. 7. C. ton. quae lib.* id enim ſemper ex cau- ^{255. verb.} ſa publica procedit: Sed idem quoque expreſſe de Augusta dicitur *Huic quo-* *d. l. 7.* ^{ad effe-} Nam Princeps omnia tribuit Auguſtae privilegia, quæ ipſe *etiam &c.* *habet. L. 31. ff. Legibus. Conf. ſupra L. 1. tit. 3. q. 5.*

Dis-

